



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus HUMANIS. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Approbatio Superiorvm ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

APPROBATIO SUPERIORVM.

Ego Andreas Iudoci, Societatis IESV per Flandro-belgium Prapostus Prouincialis, pro potestate mihi facta à Reuerendo admodum P.N. Mutio Vitelesco Prapostio Generali, concedo Cornelio Coenesienio Typographo Louaniensi, facultatem excudendi R. P. LEONARDI LESSII Societatis nostra Theologi, in D. Thomam De Beatitudine & Actibus Humanis, de Incarnatione Verbi, de Sacramentis ac Censuris Prælectiones Theologicas posthumas. Item, Variorum Casuum Conscientiæ Resolutiones. Quæ omnia à deputatis eiusdem Societatis Theologis examinata, & approbata sunt. In quorum fidem, hæc manu mea subscriptas, & consueto officij sigillo munitas dedi. Louanij. II. Ianuarij. M. DC. XLV.

ANDREAS IUDOCI.

APPROBATIO CENSORIS.

Prælectiones Theologica posthumæ, R. P. LEONARDI LESSII Societatis IESV, De Beatitudine & Actibus Humanis, de Incarnatione Verbi, de Sacramentis & Censuris; quibus accesserunt Variæ Resolutiones Morales; dignissimæ sunt quæ typis vulgentur: utpote, in quibus dilucida claritas cum breuitate conspirans (qui est proprius LESSIANI calami character) multorum vtilitati seruiet, quibus aut non vacat, aut non libet vastas aliorum Auctorum Commentationes euoluere. Ita censeo. XII. Nouembris. M. DC. XLIV.

GASPAR ESTRIX s. Theologia Licentiatu, Plebanus,
& Librorum Censor Antuerpia.

SVMMA PRIVILEGII

P R O

SACRO ROMANO IMPERIO.

Cum ex mandato Sacre Casaræ Maiestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopis, atque alijs quibuscumque librariam negotiationem exercentibus, serid strictèque inhibeat, ne quis libros vllos à Societatis nostra Patribus hæcenus editos, aut edendos in posterum, intra S. Romani Imperij, Regnorumque, & Dominiorum suæ Casaræ Maiestatis hereditariorum fines, simili, alioue caractere, aut forma, siue in toto, siue in parte, excudere, vel recudere, vel aliò eudendos mittere, aut alibi etiam impressos inuehere, vendere, aut distrahere clam seu palam, citra eiusdem Societatis consensum ac testimonium præsumat: Ego Andreas Iudoci, Societatis IESV per Prouinciam Flandro-belgicam Prapostus Prouincialis, concedo Cornelio Coenesienio Typographo Louaniensi, facultatem excudendi R. P. LEONARDI LESSII Societatis nostra Theologi, in D. Thomam de Beatitudine & Actibus Humanis, de Incarnatione Verbi, de Sacramentis ac Censuris, Prælectiones Theologicas posthumas: item Variorum Casuum Conscientiæ Resolutiones. In cuius rei fidem, litteras has manu mea subscriptas, & sigillo officij mei munitas dedi. Louanij. II. die Ianuarij. Anno Domini M. DC. XLV.

ANDREAS IUDOCI.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

Philippus, Dei gratiâ Hispaniarum Indiarumque Rex Catholicus, & potentissimus Belgarum Dynasta sanxit, ne quis præter voluntatem Cornelij Coenesienij Typographi Louaniensis, Lectiones Theologicas posthumas R. P. LEONARDI LESSII in D. Thomam de Beatitudine & Actibus Humanis, de Incarnatione Verbi, de Sacramentis ac Censuris: item eiusdem Variorum Casuum Conscientiæ Resolutiones, intra nouem annos proximos imprimat, aut alibi impressas vel in partem, vel in totum, in hæc Inferioris Germaniæ Prouincias importet, venalesue habeat. Qui secus faxit, confiscatione librorum, alijsq; pœnis multabitur; vt latius patet in litteris datis Bruxellæ xi. Febr. A. M. DC. XLV.

Signatum

GAILLARD.